

DIALOGUS XXX.

De Deo Luno : item de Dioscuris.

PUBLIUS.

Quis ille Deus, quem tertius Numus tuus exhibet, juvenis, in pileo phrygio alto, togatus, inque chlamyde adflans, post cujus tergum est Luna crescens, dextra pateram, laeva bipennem sustinens, collocato ad pedes capite bovino? Epigraphen Græcam lego: ΕΠΙ ΓΡ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΝΥΚΑΕΩΝ. i. e. *Sub Grammatico* (i. e. *Scriba*) *Menandro Nyseensium*. TULL. Numus hic est *Valeriani*, editus ab Ill *Spanhemio* I. p. 194. qui eundem propter caput bubalum *Nysæ Euboicæ*, utpote a *Bove* dictæ, adscripsit. Verumtamen *Eruditiiff. Liebe* G. N. p. 119. protulit Numum parvum æreum, in *Aversa* cum protome *Dei Lunæ* in pileo phrygio, Lunæ crescenti imposita: in *Aversa* cum *Bove* stante, supra & infra descriptis *Nominibus*: ANTIOX. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ: i. e. *Antiochi Dionysii*. Quem pariter *Cl. Fralichius* ex eodem cæteris *Antiochi VI.* (aliis VII.) *Syriæ Regis* Numis inseruit. Infert porro *D. Liebe*, ex bubalo capite non sequi, Numum a me pictum esse *Nysæ Euboicæ*: sed assentiendum videri *Seguino* existimanti, *Bovem* Deo *Luno* additum, sive, quia *licornis* est, sive, quod in *Tauro cælesti* sit excelsior *Lunæ* ascensus, & virtus major in hæc inferiora.

PUBL. *Lunus* igitur hic est? TULL. Omnino. Ait namque *Macrobius*: „ *Philochorus* in *Atthide* affirmat, *Lunæ* sacrificium factum, cere *Viros* cum veste muliebri, *Mulieres* cum *Virili*: quod eadem & *Mus* æstimatur, & *Fœmina*. „ Hinc dudum *Tertullianus* 8. in *Apologetico* suo *Masculam Lunam* exhibilavit. *Spartianus* postquam tradidit, *Antoninum*, filium *Severi*, *Carrhas Lunæ dei* gratia

I.
TAB. VI
N. III.

Añal. Syr.
Tab. XII.
n. 19.

Select.
Num. e.
dit. post.
p. 105.

II.
Saturnal.
L. III. c.

In Car.
tia

cal. c. 6.

tia venisse, ibidem occisum, subdidit. „ Et quoniam *Dei Lunæ* fe-
 „ cimus mentionem, sciendum, a doctissimis quibusque id me-
 „ moriæ traditum, atque ita nunc quoque a Carrhenis præcipue
 „ haberi: ut, qui *Lunam* fœmineo nomine, ac sexu, putaverit
 „ nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat: at ve-
 „ ro qui *Marem Deum* esse crediderit, is dominetur Uxori, ne-
 „ que ullas muliebres patiatur insidias. Unde, quamvis Græci,
 „ vel Aegyptii, eo genere, quo fœminam hominem, etiam Lu-
 „ nam Deam dicant, mystice tamen Deum intelligebant: „ Vi-
 „ de sis, quanti olim interesse censeretur *Lunus Deus*.

III.

PUBL. Assuetus jam hujusmodi nugis, quæ hic fere per-
 petuæ, non modo se semper excipiunt, verum etiam fatuitate se
 invicem superant, risum facilius teneo. *TULL.* Pulchriorem,
 non tamen imparem picto a me Numo, exhibet Cl. *Patinus* inter
 ceteros *Antonini Pii æris* medii Numos: ubi stat figura pileata,
 fœmineo habitu, cum Luna post humeros, & hasta in dextra,
 Victoriolam læva gerens, adstante ad pedes nocturno vigile gal-
 lo gallinæo. Epigraphæ: COL. ONIA CAES. ARCA ANTIOCH-
 MENSIS: nimirum Syriæ: quam Urbem, ignibus consumptam,
 restituit *Antoninus*, ibique Novos Colonos fecit salvis tributis. Vocem
Antiochensis, pro *Antiochensis*, Vir doctus vel Monetarii re-
 putat errorem, vel separandam, ut postremæ Syllabæ sint *Lunæ Dei*
 græcum Nomen *Menis*: quo autem pacto nihilominus S. unum
 redundaret. Vix dubium, quin sculptori, mente distracto, vox
Mensis inciderit. Forsitan autem Cl. *Harduinus* etiam hoc de Nu-
 mo alicubi hariolatus est.

Capito-
lin. c. 8.

IV.

Porro Cl. *Frelchius*, qui Antiochiam Pisidiæ hic accipit,
 geminos vulgavit Numos: Unum ex ære parvo *Sept. Severi*, mox
 ad Vaill. laudato Patiniano simillimum, nisi quod pone imaginem sit S. R.
 T. I. n. circum vero scribatur: COLONIAE CAES. ANTIOCH. Alter-
 10. & 11. rum vero *Æris* magni, cum capite *Juliae Severi*: cujus in Aversâ
 stat *Lunus* veste fœminea, cum luna post cervicem, hastam dex-
 tra, læva sustinens Columnam, cui Victoriola, tropheum humero
 gestans, insistit. Dextro pedi adstat Gallus, lævo caput baba-
 lum calcat. Pone: S. C. Circum COL. CAES. ANTIOCH.

Ha-

Hariolatus est hic Eruditiss. Editor, posse in hac imagine *Triviam*, seu *Hecaten* agnosci: *Lunam* nempe in cœlo per signum Luna crescentis post tergum: *Dianam* in Terra per Gallum gallinaceum, qui Latonæ, cui parturienti adfuit, peramicus habebatur: *Proserpinam* demum apud Inferos per caput bovis, quoniam de illa *Prudentius*:

Placatur Vaccæ sterilis cervice resecta,
Et regnare simul Cœloque, Ereboque putatur.

Ab *Hecate* autem neque *Victoriam* plane alienam esse, eruere liceat ex illo *Hesiodi*, de ea cantantis:

Tum *Dea* adest, quibus voluerit, *Victoriam*
Promte ut præbeat.

Jam porro congruens fuisset, ut etiam *Siderum Salutarium Romanorum*, cum primis eorum, qui navigant, *Castoris* inquam, ac *Pollucis*, Fratrum *Dioscurorum*, filiorum *Jovis*, unico *Lada* partu editorum, imaginem tibi pinxissem. Quoniam vero eosdem jam vidisti Exercitat. Procem. Tab. V. n. 4. in Denario *Quinti Minutii*, forma *Juventum nudorum*, pileatorum, & equitum, hastas transversas gestantium, stella gemina super eos micante: discrepantem præterea me de illis audisti Dialog. XVII. n. 5. sqq. novum eorum typum, ob angustiam Tabulæ præsentis, intermisi. *PUBL.* Memini probe mutui atque prodigiosi amoris, quo sese int' se fuisset confingebantur, ut, cum una *Matre* geniti, alter tamen *Jovem*, alter *Tyndarum*, *Spartæ* Regem, Patrem habuisset, ac proinde mortalis unus, alter immortalis esset, privilegium vitæ sibi commune habuerint, ita, ut alternis vicibus hic moreretur, ille revivisceret: donec ambo in cœlum translati, *Signum Geminorum* ibidem constituerint. Hinc est, quod in *Numis* plerumque a *Stellis*, supra eos micantibus, agnoscantur.

V.

Contra
Symmach.
L. I.

In Theogonia.

VI.

TUL-

VII. *TULL.* Cum Scriptores Numarios celebres adieris, varie nihilominus eosdem repræsentatos intueberis. Apud *Patinum* p. 149. in æreo medio *Traiani* Numo *Tripolitanorum*, exhibentur Capitibus jugatis, & laureatis, absque pileis, & stellis. Exactius vero comparent apud Cl. *Frælichium* Tab V. n. 5. in Ære magno *Seleuci III. Cerauni* Syria Regis, æque capitibus juvenibus jugatis, & laureatis, præterea tamen pileatis pariter, ac stellatis. Unus duntaxat eorum cernitur apud *Patinum* p. 252. in ære medio *Getae*, stans cum hasta, & equo, superscripto nomine *CASTOR*. Iterum vero p. 413. exhibuit is in Indice Numum *Fausinae* Senioris, ab *Ascalonitis* cûsum, ubi ambo stant, militariter vestiti, cum hastis, ac parazoniis, capitibus nudis, quibus tamen *Stella* imminet, *Luna* intermedia.

VIII. Apud *Montfoconium* Tom. I. Part. II. Tab. 194. plures pinguntur Numi Consulares, ubi *Castor* & *Pollux* nudi simul adsunt cum hastis, jam pileati, & stellati, jam galeati, jam cum, jam sine equis. In quodam ibidem denario *Caii Censorini* cursitat Equus liber, ac desuper pinguntur duo Pilei stellati *Dioscurorum*. Apud *Eruditiss. D. Liebe* G. N. p. 168. in æreo medio *Berytensium* Numo *Dii* isti consimiliter designantur per solos Pileos, erecto *Tridenti*, cui *Delphin* implexus, hinc & inde appositos, Cujusmodi mero symbolo suo, vel cum, vel sine stellis, per sæpe in *Regum Syriae*, itemque *Maritimarum Urbium Numis* indicantur.

DIALOGUS XXXI.

De Laribus, Penatibus, Termino, & Hermis.

PUBLIUS.

I. TAB. VI
N. IV. **I**N quarto Tabulae tuae VI. tab. Numo æque duo *Juvenes* nudi uno in scamno confident cum hastis, medio infra inter eosdem cane, & supra parvulo capite pileato, addito forfice, ut videatur esse *Vulcani*. Pone juvenes hinc &